Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ysa

aspidem pro pūsuacula tua. et por
tas tuas in lapides sculptos. et om
nes terminos tuos in lapides de si
derabiles. Omnis filios tuos doc
tos a domino. et multitudinem pacis
filius tuus. et in iustitia fundaberis. Re
cede procul a calumpnia quia nō
timebis. et a pauore quia nō ap
propinquabit tibi. Ecce accola uen
et qui nō erat mecum aduena
quondam tuus adiunsetur tibi
Ecce ego creauī fabrum suffflantē
in igne prunas. et proferentem uas
in opus suum. et ego creauī interfec
torem ad disperdendum. Omne uas
quod fictum est contra te nō diuite
tur. et omnem linguam resistentē
tibi in iudicio iudicabis. Hec est he
ditas seruorum dni. et iustitia eorū
apud me dicit dominus. LV

Omnes sitientes uenite
ad aquas. et qui nō habet
pecunia argentum properate
emite et comedite. Venite emite
absq; argento. et absq; ulla commuta
tione uinū. et lac. Quare appendit
argentum nō in panibus. et laborē
vestrum nō in satiuitate. Audite au
dientes me. et comedite bonū. et delec
tabitur in crassitudine anima ues
tra. Inclinate aurem uestram. et uen
te ad me. Audite. et viuet anima ues
tra. Et feriam uobiscum pactum
sempiternum misericordias dauid fide
lis. Ecce testem populis dedi eum duce
ac preceptorem gentibus. Ecce gen
tem quam nesciebas uocabis. et gentes
que nō cognouerunt te ad te current
propter dnm deum tuum. et sanctum israel
quia glorificauit te. Querite dom
inum dum inuenire potest. inuocate eum
dum prope est. Derelinquat impi
us uiam suam. et uir iniquus cogitati
ones suas. et reuertatur ad dnm. et
miserebitur eius. et ad deum nostrum
quoniam multus est ad ignoscendum. Non
enim cogitationes mee cogitationes ues
tre. neq; uie mee uie uestre dicit do
minus. Quia sicut exaltantur celi
a terra. sic exaltate sunt uie mee a
uiis uestris. et cogitationes mee ab
cogitationibus uestris. Et quomodo de
scendit imber. et nix de celo. et illuc ul
tra nō reuertitur sed inebriat terram
et infundit eam. et germinare eam
facit. et dat semen seminanti. et panem
comedenti. sic erit uerbum meum
quod egredietur de ore meo. nō reu
tetur ad me uacuum. sed faciet q
cunq; uolui. et prosperabitur in his
ad que misi illud. quia in letitia ex
dietis. et in pace deducemini. Mon
tes et omnes colles cantabunt coram
deo laudem. et omnia lignia ~~silue~~
regionis plaudent manu. pro saluti
cilla ascendet abies. et pro urtica cre
scet murtus. et erit dominus nominatus
in signum eternum. q nō auferetur.

Et dicit LVI
dominus. Custodite iudi
cium. et facite iustitiam. qa
iuxta est salus mea ut ueniat. et ius
titia mea ut reueletur. Beatus uir
qui facit hoc. et filius hominis q apprē
hendet istud. Custodiens sabbatum
ne polluat illud. custodiens manus